Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36450
Copyright: Melk, Benediktinerstift

diuina omnipotentiam ei. cecis ibi illuminat. in natali eius demones effugant. infirmi saluantur. et ibi laus dicitur xpo dei filio qui regnat cum patre et spiritu sancto in secula seculorum amen.

In diuinis uoluminibus refertur quod secretum regis abscondere bonum est. dei uero mirabilia enarrare honorificum est. et sic beatus paulus ait. quos praesciuit et praedestinauit conformes fieri imaginis filii sui. et iterum quos uocauit illos et magnificauit et cetera. Nam sicut in gestis eorum reperimus. ita et laudes eorum conscribimus. Illius namque moysi famuli dei memisse uos credo. qui missus pharaonis in fiscella positus aquis mergi praecipitur. et in papirione cum filia pharaonis lauatur. collectus et nutritus in filium. placatus quoque in eo dominus fecit salutem in manu eius. Qui etiam populum israheliticum per siccum in medio maris rubro eduxit. et sitienti populo agmen de petra produxit. cum in monte syna legem dedit. et baptizauit eos in nube et mari. Illorum namque anteriorum umbre istorum imaginem portant simulitudinem. sic et diuina uox ait. Misit illos binos ad praedicandum. ut caldeo excercerent operationes et uirtutes. Et idem egregius praedicator beatus paulus apostolus et doctor gentium ait. O altitudo diuitiarum sapiente et scie dei et cetera. Credo eum uos non latere fideles. quod clemens in passione eius legitur. anchora in collo eius suspensa in mare praecipitatus est. Nunc autem in die sollempnitatis eius recedit ma re per tria milia stadiorum. sicco quoque uestigio ingredientes iter praebens populo terre. usque ad sepulchrum martyris. ibique uota reddentes et orationem facientes innumerabilis multitudo post dies octo regrediuntur ad litus. Factum est autem ut in una sollempnitate quedam mulier cum paruulo filio loco accederet. Et epulante caterua populi post actam sollempnitatem obdormiuit infans. Dum autem hec agerentur. ecce factus est repente sonus in undarum aquarum. et copiencium maris. de hyme trita facta oblita est miseri sobolis sue. et cepit uelocius cum reliqua populi multitudine petere riparum. Igitur insequentis maris accessu postquam ad litus uenisset. meminit se filium reliquisse. Tunc cum fletu magno deiecta terra pulue asperso capite miseram se clamans hymnos dabat uocem ad celum. et ita agebat ut littora clamoribus repleret. Discurrebatque per cuncta ripa si forte necata plem et eiecta littori aliquis fortasse conspiceret. Sed cum nihil inuenisset in diuinis tandem aliquando consolata appinquis ad propria remeat. Totum autem annum lamentationibus et eulatu ducens nihil se continebat. Rediuite autem sollempnitate maris uenit iterum in mare ad expectandum maris secessum. si fortasse de infantulo aliquid posset inuenire in diuina. Quid multa dicam. Recedente mari antecipat omnes ad ingrediendum. et ipsa pre-

bti Clementis